Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

adisrahel. Factum est autem in illis diebus
exiit edictum a cesare augusto. ut descri
beretur universus orbis. Hacc descrip
tio prima. facta est a preside syrie cyrino.
Et ibant omnes ut profiterentur. singuli
in suam ciuitatem. Ascendit autem et io
seph a galilea de ciuitate nazareth in
iudeam ciuitatem dauid que uocatur
bethleem eo quod esset de domo et fami
lia dauid. ut profiteretur cum maria de
sponsata sibi uxore pregnante. Fac
tum est autem cum essent ibi. impleti sunt
dies ut pareret. et peperit filium suum
primogenitum, et pannis eum involuit.
et reclinauit eum in presepio. quia non erat
ei locus in diuersorio. Et pastores erant